


Bulla contra errores
Martini Lutheri
et sequacium.



VNIVERSIDAD
DE SALAMANCA
GREDOS.USAL.ES



LEO Episcopus Scro
uus Scrucruz Dei/ Ad
perpetuam rei memoriam .
Exurge dñe & iudica causaz
tuam / memor esto imprope
riorum tuorum / eoru^z quæ
ab insipientibus fiunt tota
die / inclina aurem tuam ad
preces nostras / quoniam sur
rexerūt uulpes querentes de
moliri uineam / cuius tu Torcular calcasti solus / & ascē
surus ad patrem / eius curam / regimen / & administras
tionem Petro tanquā capiti / et tuo Vicario / eiusq^z suc
cessoribus instar triumphantis Ecclesie cōmisisti / exter
minare nititur eam Aper de silua / & singularis ferus de
pasciem. Exurge Petre / & pro pastorali cura prefata ti
bi (ut prefertur) diuinitus demandata / intende in causaz
sanctæ Romān. Ecclesiæ / Matris omnium ecclesiaruz /
ac fidei Magistre / quam tu / iubente Deo / tuo sanguine
consecrasti / contra quam sicut tu premonere dignatus
es / insurgunt Magistri mendaces introducentes sectas
perditionis sibi celerem interitum superducentes / quo^z
lingua ignis est / inquietum malum / plena ueneno mor
tifero / qui Zelum amarum habentes / & contentiones
in cordibus suis / gloriantur / & mendaces sunt aduersus
ueritatem. Exurge tu quoq^z quesumus Paule / qui eam
tua doctrina / ac pari martyrio illuminasti / atq^z illustras
sti. Iam enī surgit nouus Porphirius / qui sicut ille olim
sanctos Apostolos iniuste momordit, Ita hic sanctos
Pontifices predecessores nostros cōtra tuam dcctrinā

a ii



eos non obsecrando/sed increpando/mordere/lacerare/
ac ubi caule sue diffidit/ad cōuicia accedere nō ueretur/
morem Hereticorum/quoꝝ(ut inquit Hieronymus)
ultimum presidium est/ut cum conspiciant caulas suas
damnatum iri/incipiant virus serpentis lingua diffundens
de.c/ & cum se uictos conspiciant/ad contumelias pro
silire. Nam licet hereses esse ad exercitationem fidelium
tu dixeris oportere/eas tñ ne incrementum accipient/
neue uulpecule coalescant/in ipso ortu/te intercedēte/
& adiuuante/extingui necesse est. Exurgat deniqꝫ cmis
nis sanctoruꝫ/ac reliqua uniuersalis ecclesia/cuius uera
sacrarum litteraruꝫ interpretatione posthabita/quidaꝫ/
quorum mentem pater mendacii excecauit/ex ueteri he
reticorum instituto/apud semetipſos sapientes/scriptu
ras eisdem aliter quam Spiritus sanctus flagitet/pptio
dūtaxat sensu/ambitionis/aureqꝫ popularis causa/teste
Ap̄lo/interpretant/imo uero torquet/& adulterat. Ita ut
iuxta Hieronymum/iam nō sit Euangelium Xpi/sed
hominis/aut quod peius est/Diaboli. Exurgat in quaꝫ
prefata ecclesia sancta Dei/ & una cum beatissimis apo
stolis prefatis/apud Deum omnipotētē intercedat/ut
purgatis ouium suarum erroribus/eliminatisqꝫ a fides
liu in finibus heresibus uniuersis/ecclesie sue sancte pas
cem/& unitatem cōseruare dignetur. Dudum siquidē/
quod pre animi angustia/& merore exprimere uix pos
sumus/fidei dignorum relatu/ac fama publica referēte/
ad nostrum peruenit auditum/imo uere/proh dolor/
oculis nostris uidimus/ac legimus/multos/& uarios et
rores/quosdam uidelicet iam per Cōcilia/ac predecesso
rum nostroruꝫ Cōstitutiones/damnatos/heresim etiā

Grecorū & Bohemicam expresse continentēs/aliōs
uero respectiue/uel hereticos/uel falsos/uel scādalosos/
uel piarum aurium offensiuos/uel simplicium mentiuꝫ
seductiuos/a falsis fidei cultori bus/qui per supbam cu
riostatem mundi gloriam cupientes/cōtra apostoli do
ctrinam/plus sapere uolant/quam oporteat/queꝝ gat
ruitas(ut inquit Hieronymus)sine scripturā aucto
ritate/non haberet fidem/nisi uiderentur peruersam do
ctrinā/etiam diuinis testimonijis/male tamen interpre
tatis/roborare. A quoruꝫ oculis Dei timor recessit/huꝫ
mani generis hoste suggerēte/nouiter suscitatos/& nu
per apud quosdam leuiores in inclita natione Germanica
femiaros. Q d'eo magis dolemus ibi euenisse/qd'
eandem nationem/& nos/& predecessores nostri in ui
sceribus semper gesserimus charitatis. Nam post trans
flatum ex Grecis a Romaꝫ ecclesia in eisdem Germanis
nos Imperium iidem predecessores nostri/& nos/eius
dem ecclesie aduocatos/defensoresqꝫ ex eis semper acces
pimus. Q uos quidem Germanos/Catholice ueritatis
uere Germanos/constat heresum acerrimos oppugna
tores semper fuisse/cuius rei testes sunt laudabiles ille
Constitutiones Germanorū Imperatorum pro liberta
te ecclesie/proqꝫ expellendis/exterminandisqꝫ ex omni
Germania Hereticis/sub grauissimis penis/etiam amis
sionis terrarum/& Dominionorū/cōtra receptatores/uel
non expellentes olim edite/& a nostris predecessoribus
confirmate/que si hodie seruarentur/& nos/& ipsi utiqꝫ
hac molestia careremus/Testis est in Concilio Cōstan
tieni. Hussitarꝫ/ac Vuiclevistarum/necnō Hieronymi
Prageni.damnata ac punita perfidia, Testis est iactiens



cōtra Bohemos Germanorum sanguis effusus, Testis
deniq; est predictorum errorum seu multoꝝ ex eis per
Colonię. & Louanię. Vniuersitates/ utpote agri Do-
minici piissimas/ religiosissimasq; cultrices non minus
docta q; uera/ac sancta confutatio/reprobatio/& dam-
natio. Multa quoq; alia allegare possemus/q; ne histos
riā texere uideamur p̄termittēda censuimus. Pro Pasto
talis igit̄ officii diuina gratia nobis iniunctī cura/quā ge-
timus/p̄dictoꝝ erroꝝ uirus pestiferꝝ ulterius tollerare/
seu dissimulare/sine Xpiane Religiōis nota/atq; ortho-
doxe fidei iniuria/nullo modo possumus. Eorum aut̄
errorum aliquos presentibus duximus inferendos/ quo-
rum tenor sequitur/& est talis. ¶ Heretica sentētia est/
sed usitata/Sacramenta noue legis iustificantem gratiā
illis dare/qui non ponunt obicem. In puerō post bapti-
simū negare remanens peccatum est Paulū & Xpm
simul conculcare. Fomes peccati etiam si nullum adsit
actuale peccatum moratur exeuntem a corpore animā
ab ingressu celi. Imperfēcta charitas morituri/fert secuꝝ
necessario magnum timorem/qui se solo satis est facere
penam purgatorii & impedit introitum regni. Tres esse
partes penitentie Contritionem/Cōfessionem / & Sa-
tisfactionem/non est fundatum in sacra scriptura / nec
in antiquis sanctis Xpianis Doctoribus. Cōtritio que
paratur per discussionem/collectionem/& detestationē
peccatorum/qua quis recogitat annos suos in amaritu-
dine anime sue/ponderando peccatorum grauitatem/
multitudinem/feditatem/ amissionem eterne beatitudi-
nis/ac eterne damnationis acquisitionem/hec contritio
facit Hypocritā imo magis peccatorem. Verissimuz est

proverbium & omnium doctrina de Contritionibus/
hucusq; data prestantius/de cetero non facere/summa
penitentia/ optima penitentia/noua uita. Nullo modo
presumas confiteri peccata uenialia/sed nec omnia mor-
talia/q; ga impossibile est/ut omnia mortalia cognoscas/
Vnde in primitiua ecclesia solum manifesta mortalia cō-
fitebantur . Dum uolumus omnia pure confiteri/nihil
aliud facimus/quā qd̄ misericordie Dei nihil uolumus
relinquere ignoscendum. Peccata non sunt ulli remissa
nisi remittente sacerdote credat sibi remitti/imo peccatū
maneret/nisi remissum crederet/nō enim sufficit remiss-
sio peccati & gratie donatio/sed oportet etiā credere esse
remissum. Nullo modo confidas absolui / propter tuā
contritionem/sed propter uerbum Xpi/quodcūq; sol
ueris &c. Hic inquā confide si sacerdotis obtinueris ab
solutionem/& crede fortiter te absolutum/& absolutus
uere eris/quicquid sit de contritione. Si per impossibile
confessus non esset contritus aut sacerdos nō serio / sed
ioco absoluueret/si tamen credat se absolutum uerissime
est absolutus. In sacramēto penitentie ac remissione cul-
pe nō plus facit Papa/Eps/quā infimus sacerdos/imo
ubi non est sacerdos/eque tñ quilibet Xpianus/etiam
si mulier aut puer esset. Nullus debet sacerdoti respōde-
re se esse contritum nec sacerdos requirere. Magnus est
error eorum qui ad sacramenta Eucharistie accedūt/hu-
ic innixi/qd̄ sint confessi/qd̄ non sint sibi consciū alicu-
ius peccati mortalis/qd̄ premiserint orationes ūas / &
preparatoria/omnes illi ad iudicium sibi manducant /&
bibunt/si credant & confidant se gratiam ibi conſe-
cuturos/hec sola fides facit eos puros & dignos. Cons-



sultum uidetur q̄ eccl̄ia in cōmuni Concilio statueret
laicos sub utraq; specie cōmunicandos/nec Bohemici
mūnicātes sub utraq; specie sunt heretici/ sed scismatici.
¶ Thesauri eccl̄ie unde Papa dat indulgētias nō sunt
merita Xpi/ & sanctorum. Indulgētie sunt pie fraudes
fidelium/ & remissiones honorum operum / & sunt de
numero eorum que licent/ & non de numero eorū que
expediunt. Indulgētie/his qui ueraciter eas consequū-
tur/nō ualent ad remissionem pene pro peccatis actua-
libus debite apud diuinam iusticiam. Seducuntur cres-
dentes indulgentias esse salutares/ & ad fructū spiritus
utiles. Indulgētie necessarie sunt solum publicis crimi-
nibus/ & proprie conceduntur duris solūmcedo/ & im-
patientibus. Sex generibus hominum indulgentie nec
sunt necessarie/nec utiles/uidelicet mortuis/ leu moritu-
ris/ infirmis/ legittime impeditis/ his qui non cōmiser-
unt crimina/ his qui crimina cōmiserunt/ sed non pu-
blica / his qui meliora operantur . Ex cōmunicationes
sunt tantum externe pene/ nec priuant hominem com-
munitibus spūalibus eccl̄ie orationibus. Docendi sunt
Xpiani plus diligere excōmunicatione/ q̄ timere. Ro-
manus Pontifex Petri successor non est Xpi Vicarius
super omnes totius mūdi eccl̄ias/ ab ipso Xpo in bea-
to Petro institutus. Verbum Xpi ad Petrum/ quodcū
q̄ solueris super terram &c. extenditur dūtaxat ad lega-
tu ab ipso Petro. Certū ē in manu eccl̄ie/ aut Pape pror-
sus non esse/ statuere articulos fidei/imo nec leges mos-
tum/ seu bonorum operum. Si Papa cum magna par-
te eccl̄ie sic uel sic sentiret/ nec etiam erraret / adhuc nō
est peccatum/ aut heresis contrarium sentire/ presertim
in re non

in re non necessaria ad salutem/ donec fuerit per Conci-
lium uniuersale alterum reprobatum/ alterum appro-
batum. Via nobis facta est enarrādi auctoritatem Cō-
ciliorum/ & libere cōtradicendi eorum gestis/ & iudicā-
di eorum decreta/ & confidenter cōfitendi/ quicquid ue-
rum uidetur/ siue probatum fuerit / siue reprobatum a
quocūq; Concilio . Aliqui articuli Ioannis Huss cō-
dēnati in Concilio Constantiē. sunt Xpianissimi/ ue-
rissimi/ & euangelici/ quos nec uniuersalis eccl̄ia poss-
set damnare. In omniopere bono iustus peccat. Opus
bonum optime factum est ueniale peccatuꝝ. Hereticos
comburi est contra uoluntatem spiritus. Prelari aduer-
sus Turcas est repugnare Deo uisitanti iniquitates nos-
stras per illos. Nemo est certus se non semper peccare
mortaliter propter occultissimum superbie uitium. Li-
berum arbitrium post peccatum est res de solo titulo/
& dum facit quod in se est peccat mortaliter. Purgato-
rium non potest probari ex sacra scriptura/ que sit in ca-
none . Anime in purgatorio non sunt secure de eorum
salute/ saltem omnes/ nec probatum est ullis/ aut ratio-
nibus/ aut scripturis/ ipsas esse extra statum merēdi/ aut
augende charitatis. Anime in purgatorio peccant sine
intermissione/ quādiu querunt requiem/ & horrent pes-
nas. Anime ex purgatorio liberate suffragiis uiuētiū
minus beantur quam si per se satisficerent. Prelati eccl̄ie
cl̄esiastici/ & principes seculares nō malefacerent si om-
nes laccos mendicitatis delerent. ¶ Qui quidem ero-
tores/ respectiue/ quam sint pestiferi/ quam pernicioſi/
quam scandalosi/ quam piarum/ & simplicium mētiū
seductiū/ quam deniq; sint contra cōmūnem charitatez/

b



ac. S.R.E. matris omnium fidelium / & Magistre fidei
reuerentiam / atq; neruum ecclesiastice discipline, obedie-
tiam sci'icee / que fons est / & origo omnium ui tutum,
sine qua facile unusquisq; infidelis esse. cont. incitui / ne
mo sine metis ignorat. Nec igitur in premissis / ut pote
grauissimis / prep̄s̄ius (ut decet) procedere / nec nō hu
iustmodi pesti / morboq; cancerolo / ne in agro Domis
nico tanq; uepris nocua ulterius serpat / uiam præclude
re cupientes / habita super predictis erroribus / & eorū
singulis, diligenti trutinatione / discussione / ac districto
examine / naturaq; deliberatione / omnibusq; rite pensa
tis / ac sepius uentilatis cum uenerabilibus fratribus nos
stris. S.R.E. Card. ac Regularium ordinū Prioribus /
seu ministris generalibus / pluribusq; aliis sacre Theolo
gie / nec nō utriusq; iuris professoribus / siue Magistris /
& quidem peritissimis, Reperimus eosdem errores / re
spectiue (ut prefertur) aut articulos nō eē Catholicos /
nec tanq; tales esse dogmatizandos / sed contra Catho
licae ecclesie doctrinam / siue traditionem / atq; ab ea uerā
diuinarum scripturarum receptam interpretatiōem / cu
iis auctoritati ita acquiescendum censuit Augustinus /
ut dixerit se Euangelio non fuisse crediturum nisi eccles
iae catholice interuenisset auctoritas. Nam ex eisdem er
toribus / uel eorum aliquo / uel aliquibus palam sequit /
candem ecclesiam / que Spiritu sancto regitur / errare / &
semp errasse. Q uod est utiq; contra illud / quod Xps
discipulis suis in ascensione sua (ut in sancto Euāgeliō
Mathei legitur) promisit / dicens / Ego uobiscum sum
usq; ad consumationem sec'li. Nec nō contra sanctoꝝ
Patrum determinationes / Conciliorum quoq; / sum

mōꝝ Pontificium expressas ordinatiōes / seu Canones /
quibus nō obtemperasse, omnium heretum / & scismas
cum, teste Cypriano, fomes, & caula semp fuit. De eo
rūdem itaq; Venerabiliū fr̄m n̄roꝝ Consilio / & assen
su / ac omnium / & singulorum predictorum matura de
liberatione predicta / auctoritate omnipotentis Dei / &
beatorum Apostolorum Petri / & Pauli / & nostra / pre
fatos omnes, & singulos articulos, seu errores, taq; (ut
p̄mittitur) respective hereticos / aut scādalosos / aut fal
sos / aut piaꝝ auriū offensiuos / uel simpliciū metiū se
ductiuos / & ueritati Catholice obuiantes dānamus / re
probamus / atq; oīno reiicimus / ac p dānatis / reproba
tis / & reiectis ab oībus utriusq; sexus Xpi fidelibus ha
beri debere, hag; serie decernimus / & declaramus. Inhi
bentes in uirtute sancte obedientie / ac sub maioris excō
municationis late s̄ne. Nec non quo ad ecclasiicas / &
regulares psonas, Ep̄aliū oīum etiā Patriarchaliū / Me
tropolitanū / & aliaꝝ Cathedraliū ecclesias / Monasteriō
rū quoq; / & Prioratuū / etiā Cōuentualium / & quorū
cūq; dignitatū / aut beneficioꝝ ecclesiasticōꝝ / seculariū /
aut quorūuis ordinū regulatiū / priuationis / & inhabi
litatis ad illa / & alia in posterū obtinēda. Q uo uero ad
Cōuentus / capitula / seu domos / aut pia loca / seculariū /
uel regulariū / etiā mendicātiū / nec nō uniuersitatis ēt
studiorōꝝ generaliū / quorumcūq; priuilegioꝝ / Indultos
rum a sede Apostolica / uel eius Legatis / aut alias quo
modolibet habitorum / uel obtentorōꝝ cuiuscūq; tenoris
existant. Nec non nominis / & potestatis studium Ge
nerale tenēdi / legendi / ac interpretandi quasuis scias / & fa
cultates / & iabilitatis ad illa / & alia i postorē obtinēda



Predicationis quoq; officii/ac amissionis studii generas
lis / & omnium priuilegiorum eiusdem. Quo uero ad
seculares eiusdem excommunicacionis/nec non amissionis
cuiuscūq; Emphyteosis / seu quorumcūq; feudorum/
tam a Ro. Ecclesia/quam alias quomodolibet obtento
rum/ac etiam inhabilitatis ad illa/ & alia impostorū ob
tinēda/Nec nō quo ad omnes /& singulos superius no
minatos/inhibitionis ecclesiastice/sepulture/inabilita
tisq; ad omnes & singulos actus legitimos/ infamie/ ac
diffidatōis/& criminis lese Maiestatis /& hereticorum/
& fautorum eoruđem in iure expressis penis/ eo ipso &
absq; ulteriori declaratione/per omnes /& singulos sus
pradičtos/si (quod absit) contrafecerint/ incurrendis. A
quibus uigore cuiuscūq; facultatis/ ac clausularę etiam
in Confessionalibus quibusuis personis/sub quibusuis
uerborum formis contentatum/ nisi a Romañ. Ponti
fice/uel alio ab eo ad id in specie facultatem habente/pre
terq; in mortis articulo cōstituti/absoluī nequeant/Ois
bus/ & singulis utriusq; sexus Xpi fidelibus/tam laicis
q; clericis/ secularibus /& quorumuis ordinum regulari
bus /& aliis quibuscūq; personis/cuiuscūq; status/gras
dus/uel conditionis existant /& quacūq; ecclesiastica /uel
mundanā prefulgeant dignitate/etiam Sanctae Roma
næ Ecclesie Cardinalibus/Patriarchis Primatibus / Ar
chiepiscopis/Episcopis/Patriarchaliuz/Metropolitañ.
& aliarum Cathedralium/Collegiatarum/ ac inferiore
eccliarum Prelatis/clericis/aliisq; psonis ecclesiasticis/
secularibus /& quorumuis ordinum/etiam mendicanti
um/Regularibus/Abbatibus/Prioribus/uel Ministris
generalibus/uel particularibus fratribus / seu Religios

sis/exemptis /& non exemptis. Studiorum quoq; uni
uersitatibus/secularibus /& quorumuis ordinum/etiaž
mendicantium Regularibus/Nec non Regibus/Impe
ratoris Electoribus/Principibus/Ducibus/Marchic
ibus/Comitibus/Baronibus/Capitanis/Conduc
ribus/Domicellis/omnibusq; officialibus / Ita dicibus/
Notariis/ecclesiasticis /& secularibus/ Cōmunitatibus/
Vniuersitatibus/Potētatis/ Ciuitatibus/Castris/ ter
ris /& locis/ seu eorum/uel earum Ciuitibus/habitatori
bus /& Incolis/ ac quibusvis aliis psonis/Ecclesiasticis/
uel Regularibus(ut prefetur) per uniuersum Orbem
ubicūq; /presertim in Alemania existentibus/uel pro tē
pore futuris/ne prefatos errores/aut eccliam aliquos/p
ueramq; doctrinam huiusmodi asserere/affirmare/des
fendere/pdicare/aut illi quomodolibet/publice/uel co
culte/quouis quesito ingenio/uel colore/tacite/uel exp̄
se fauere presumant. Insuper quia errores prefati /& plu
res alii cōtinentur in libellis/ seu scriptis cuiusdam Martini scri
pta/ seu Predicatiōes/ in latino/uel quocūq; alio idic ma
te/reperiantur/in quibus dicti errores/ seu eccliam aliq;
continentur/ similiter dānamus/reprobamus/atq; cim
nino reūcimus / & p omnino damnatis/reprobatis/ ac
reiectis/ut p̄fertur/haberi uolumus. Mandātes in uir
tute sancte obedientie /& sub penis predictis/ eo ipso in
currēdis/Omnibus / & singulis utriusq; sexus Xpi fide
libus superius nomiatis/ne huiusmodi scripta/libellos/
predicationes/ seu cedulas/ uel in eis cōtentā Capitula/
errores/aut articulos supradictos continentia/ legere/as
serere/pdicare/laudare/imprimere/publicare/ue de/



fendere / per se / uel alium / seu alios / directe / uel indirecte / tacite / uel expresse / publice / uel occulte / aut in domibus suis / siue aliis / publicis / uel priuatis locis tenere quoquo modo presumant / quinimo illa statim post harum publicationem ubicuq; fuerint / per ordinarios, & alios supradictos diligenter quesita / publice, & solemniter in presentia Cleri, & Populi, sub oibus, & singulis supradictis etis penis, comburant. Quod uero ad ipsuz Martinu attinet / Bone Deus / quid pretermisimus / quid non fecimus / quid paterne charitatis omissimus / ut eum ab his iusmodi erroribus reuocaremus? Postq; enim ipsum cito tauimus mitius cum eo procedere uolentes / illum iniustauimus / atq; tam per diuersos tractatus cum Legato nostro habitos / quā p litteras nostras, hortati suimus, ut a predictis erroribus discederet / aut ad nos oblatu etiam saluo cōductu / & pecunia ad iter necessaria, sine metu / seu timore aliquo / quez perfecta charitas foras mittere debuit / ueniret / ac Saluatoris nostri / Apostolicq; Pauli exemplo, non in occulto / sed palam / & in facie loqueretur / Quod si fecisset / p certo (ut arbitramur) ad cor reuerlus / errores suos cognouisset / nec in Romana Curia / quam tantopere / uanis maliuolorū rumoribus / plusq; oportuit / tribuendo / uituperat / tot reperisset errata / docuisse musq; eum, luce clarius / sanctos Romanos Pontifices predecessores nostros / quos preter omnem modestiam iniuriose lacerat / in suis Canonibus / seu Constitutionibus, quas mordere nititur, nunq; errasse / quia iuxta Prophetaz / nec in Galahad Resina / nec Medicus deest / sed obaudiuit semper / & predicta Citatione / omnibusq; & singulis supradictis spretis, uenire contem-

psit / ac usq; in presentem diem contumax / arcto animo indurato, censuras ultra Annum sustinuit / & quod deterritus est / addens mala malis / de citatione huiusmodi notitiam habens / in uocem temerarie appellationis protrupit / ad futurum Concilium, contra Constitutionem Pii Secundi / ac Iulii Secundi predecessorum nostrosrum, qua cauetur taliter appellantes Hereticorum pena plectendos (Frustra etiam Cōcilii auxilium implorauit / qui illi se non credere palam profitetur) Ita ut contra ipsum / tanquam de fide notorie suspectum / immo uere Hereticum / absq; ulteriori citatione / uel mora / ad cōdemnationem / & damnationem eius / tanquam Heretici / ac ad omnium / & singularum suprascriptarum penarum / & censurarum severitatem procedere possemus / Nihilominus de eotundem frattum nostrorum Consilio / Omnipotentis Dei imitantes clementiam, qui non uult mortem peccatoris / sed magis ut conuertatur / & uiuat / Omnia iniuriarum hactenus nobis / & Apostolice Sedi illatarum oblitis / omni qua possumus pietate uti decteuimus / & quantum in nobis est agere / ut proposita mansuetudinis via ad cor reuertatur / & a predictis recedat erroribus / ut ipsum tanq; filium illum prodigum ad gremium Ecclesiae reuertentem benigne recipiamus. Ipsum igitur Martinum / & quoscunq; ei adherentes / eiusq; receptatores / & fautores / per uiscera misericordie Dei Nostri / & per Asperionem Sanguinis Domini Nostri Iesu Christi / quo, & per quem humani generis redemptio / & Sanctæ Matris Ecclesiæ edificatio facta est / ex toto corde hortamur /



& obsecramus/ut ipsius Ecclesie pacem/unitatem/ & ueritatem/ pro qua ipse Saluator tam instanter orauit ad patrem/turbare desistant/ & a predictis tam perniciiosis erroribus prorsus abstineant/ Inuenturi apud nos si esse etiam liter paruerint/ & paruisse per legitima documenta nos certificauerint/paterne charitatis affectum/ & aperatum mansuetudinis/ & clementie fontem . Inhibentes nihilominus eidem Martino ex nunc/ ut interim ab oī predicatione/ seu predicationis officio omnino desistat/ Alioquin ut ipsum Martinum/ si forte iusticie/ & uirtutis amor a peccato non retrahat/ Indulgētieq; spes/ ad penitentiam non reducat/ penarum terror cohercet discipline / Eūdem Martinum/eiusq; adherentes/complices/fautores/ & receptatores tenore presentium requisimus/ & monemus/ in uirtute sancte obediētie/ & sub predictis omnibus/ & singulis penis/ eo ipso incurrendo/ districte precipiēdo mandamus/quatinus infra Sexaginta dies/ quorum Viginti pro primo/ Viginti pro secundo/ & reliquos uiginti dies pro tertio/ & peremptio termino assignamus/ ab affixione presentium in locis infra scriptis/immediate sequētes numerandos. Ipse Martinus/ Complices/fautores/adherentes/ & receptatores predicti a prefatis erroribus/eorumq; predicatione/ ac publicatione/ & assertione/defensione quoq; / & librorum/ seu scripturarum editicne/super eisdem/ siue eorum aliquo omnino desistant/librosq; / ac scripturas omnes/ & singulas/prefatos errores/ seu eorum aliquos quomodolibet continentes/ comburant/ uel comburi faciant. Ipse etiam Martinus/ errores/ & assertiones huiusmodi omnino reuocet/ ac de reuocatione huiusmodi

per publica

per publica documenta in forma iuris ualida/ in manib; duorum Prelatorū m̄ consignata/ ad nos infra alios similes sexaginta dies transmittenda/ uel per ipsum met(si ad nos uenire uoluerit/ quod magis placet) cum prefato plenissimo saluo conductu/ quem ex nūc cōcedimus/ deferenda/nos certiores efficiat/ ut de eius uera obedientia nullus dubitationis scrupulus ualeat remanere. Alias si (quod absit) Martinus prefatus/ cōplices/fautores/adherentes/ & receptatores predicti securus egerint/ seu premissa omnia/ & singula infra termum predictum cum effectu nō adimpluerint/ Apostoli iunitantes doctrinam/ qui hereticum hominem/ post primam/ & secundam correctionem/ uitandum docuit/ex nunc prout ex tunc/ & econuerso/ eundem Martinum/ complices/adherentes/fautores/ & receptatores prefatos/ & eorum quemlibet/ tanq; aridos palmites in Xpo non manentes/ sed doctrinam contrariam/Catholice fidei inimicam/ siue scandalosam/ seu damnatam/in non modicam offendaz diuine maiestatis/ ac uiuersalis Ecclesiae/ & fidei Catholice detrimentum/ & scandalum dogmatizantes/ & predicantes/ Claves quoq; Ecclesiae/uilipendētes notorios/ & pertinaces hereticos eadem auctoritate fuisse/ & esse declarantes/ eosdem ut tales harum serie condemnamus/ & eos pro talibus haberi/ ab omnibus utriusq; sexus Xpi fidelibus supradictis uolumus/ & mandamus. Eoq; omnes/ & singulos/ omnibus supradictis/ & aliis contra tales a iure inflictis penis presentium tenore subiicitur/ & eosdem irretitos fuisse/ & esse decernimus/ & declaramus. Inhibemus preterea sub omnibus/ & singulis premissis



penis eo ipso incurris / omnibus & singulis Xpi si delibus superius nominatis / ne scripta etiam prefatos errores non continentia / ab eodem Martino quemos dolibet codita / uel edita / aut condenda / uel edenda / seu eorum aliqua / tanq ab homine Orthodoxe fidei Inimico / atq ideo uehementer suspecta / & ut eius memoria omnino deleatur de Xpi fidelium consortio / legere / ass ferente / predicare / laudare / imprimere / publicare / siue des sendere / per se / uel alium / seu alios / directe / uel idirecte / tacite / uel expresse / publice / uel occulte / seu in domibus suis / siue alii locis / publicis / uel priuatis / tenere quos quo modo presumant. Quinimo illa comburant (ut prefertur). Monemus 1super omnes / & singulos Xpi fideles supradictos sub eadem excommunicationis late sententie pena / ut hereticos predictos declaratos / & condemnatos / mandatis nostris non obtemperantes / post lapsum termini supradicti evitent / & qntum in eis est evitari faciant / nec cum eisdem / uel eoru aliquo / cōmer tium / aut aliquam conuersationem / seu cōmunionem habeant / nec eis necessaria ministrent. Ad maiorem p terea dicti Martini / suorumq complicū / fautorum / & adherentium / ac receptatorum predictoru / sic post lapsum termini predicti declaratorum hereticorum / & condemnatorum confusionem / Vniuersis / & singulis utriusq sexus Xpi fidelibus / Patriarchis / Archiepis / Epis / Patriarchalium / Metropolitañ / & aliarum Cas thedralium / Collegatarum / ac inferiorum ecclesiarum Prelatis / Capitulis / aliisq personis ecclesiasticis / seculas ribus / & quorumuis ordinum / etiam Mendicantium (prefertim cius cōgregationis / cuius dictus Martinus

est professus / & in qua degere uel morari dicitur) Re gularibus / exemptis / & non exemptis / nec non uniuersis / & singulis Principibus / quacunq ecclesiastica / uel mundana / fulgentibus dignitate / Regibus / Imperato ris Electoribus / Ducibus / Marchionibus / Comitibus / Baronibus / Capitaneis / Conductoribus / Demicellis / Cōmunitatibus / Vniuersitatibus / Potentatibus / Ciuitatibus / Terris / Castris / et locis / seu eorum habitatori bus / Ciuibus / et Incolis / omnibusq alii et singulis su pradicis / per uniuersum Orbem / presertim in eadem Alemania constitutis / mandamus / quatinus sub predi etis omnibus / et singulis penis / ipsi / uel eoru quilibet prefatum Martinum / complices / adherentes / receptantes / et fautores personaliter capiat / et captos ad nostrā instantiam retineat / et ad nos mittant. Reportaturi / tam bono opere / a nobis / et sede Apostolica remuneratiōnem / premiumq condignum / uel saltem eos / et eorum quemlibet de Metropolitañ. Cathedralibus / Collegiatis / et aliis Ecclesiis / Domibus / Monasteriis / Conuentibus / Ciuitatibus / Dominiis / Vniuersitatibus / Communitatibus / Castris / Terris / ac locis res pectiue / tam Clerici / et Regulares / quaz laici omnes / & singuli supradicti omnino expellant. Ciuitates uero Dominia / Terras / Castra / uillas / Comitatus / fortis cia / oppida / & loca quecūq ubilibet cōsistētia / earum / & eorum respectiue / Metropolitañ. Cathedrales / Col legiatas / & alias ecclesiias / Monasteria / Prioratus / Dos mus / Conuentus / & loca religiosa / uel pia / cuiuscunq ordinis (ut prefertur) ad que prefatum Martinum / uel aliquē ex predictis declinare cōtigerit / qdī ibi pmāserit

c i i



& triduo post recessum/ecclesiastico subiectus inters
dicto. Et ut premissa omnibus inotescant/madamus
insuper uniuersis Patriarchis/Archiepis/Epis/Patriar
chaliu[m] Metropolita[n]. & aliarum Cathedralium / ac
Collegiatarum Ecclesiarum Prelatis/Capitulis/aliisq[ue]
personis ecclesiasticis/secularibus/& quorumuis ordi
num supradictorum regularibus/fratribus/religiosis/
Monachis/exemptis/& non exemptis/supradictis / ubi
libet/presertim in Alemania, cōstitutis/quatinus ipsi/
uel eorum quilibet sub similibus censuris/& penis/eo
ipso incurriendis/Martiniu[m]/cmnesq[ue]/& singulos sus
p[ro]dictos/qui clapo termino hmōi madatis/seu mo
nitis nr̄is non paruerint/in eorum ecclesiis/Dominicis/
& aliis festiis diebus/dum inibi inaor populi multis
tudo ad diuina conuenerit/declaratos Hereticos/ & cō
demnatos publice nuncient/faciantq[ue]/ & mandent ab
aliis nunciari/& ab omnibus arctius evitari. Nec non oī
bus Xpi fidelibus/ut eos evitent/pari modo sub predi
ctis cēluris / & penis. Et presentes litteras uel eaꝝ tran
sumptum sub forma infra scripta factum in eorum ec
clesias/Monasteriis/Domibus/Conuentibus/ & aliis
locis/legi/publicari/atq[ue] affigi faciant. ¶ Excomunica
mus quoq[ue]/ & anathematizamus omnes/& singulos
cuiuscūq[ue] status/gradus/cōditionis/preminentie/ dis
gnitatis/aut excellentie/fuerint/qui quominus presens
ees littere/uel earum transumpta/copie/seu exemplaria
in suis Terris/& Dominiis legi/affigi/ & publicari pos
sint/fecerint/uel quoquo mō/pcurauerint/per se/uel ali
um/seu alios/publice/uel occulte/directe/ uel idirecte/
tacite/uel expresse. Postremo quia difficile foret presen
tes litteras ad singula queq[ue] loca deferri/in quibus ne
cessarium foret / Volumus/ & Apostolica auctoritate
decernimus/ qd' earum transumptis manu publici no
tarii confectis/& subscriptis/ uel in alma Vtbe Impres
sis/& sigillo alicuius ecclesiastici prela i munitis/ ubiq[ue]
stetur/& plena fides adhibeatur/ put originalibus lit
teris staretur/& adhiberetur/si forent exhibite/ uel ostē
se. Et ne prefatus Martinus/ omnesq[ue] alii supradicti /
quos præsentes litteræ quomodo libet concernunt /
ignorantiam earundem litterarum/& in eis contento
rum omnium/& singulorum pretendere ualeant/lit
teras ipsas in Basilice Principis Apostolorum/ & Can
cellarie Apostolice/nec non Cathedralium Ecclesiar[um]
Brandenburgi.Misneñ.& Morspergeni. Valuis affigi
& publicari debere uolumus. Decernētes/quod earū
dem litterarum publicatio sic facta supradictum Mars
tinu[m]/omnesq[ue] alios/& singulos prenominatos/ quos
littere huiusmodi quomodo libet concernunt/ perinde
arcent/ac si littere ipse die affixionis / & publicationis
huiusme di/eis plonaliter leste/& itimate foret. Q[uod] uū
non sit uerisimile/quod ea/que tam patenter fiunt/de
beant apud eos incognita remanere. Non obstantibus
Constitutionibus/& ordinationibus apostolicis, Seu
si supradictis cmnibus/& singulis/uel eoru[m] alicui/aut
quibusuis aliis a sede apostolica predictis/uel ab ea po
testatem habētibus, sub quauis forma etiam Confes
sionalis/ & cum quibusuis e fortissimis clausulis/
aut ex quauis causa / seu gr
uel concessum existat/qd'
municari non possint per...
aplicas non facientes



plenam / & expressam / ac de uerbo ad uerbum / nō aut
per clausulas generales id importātes de indulto huius
modi mentionem / eiusdem indulti tenores / causas / &
formas / perinde ac si de uerbo ad uerbum insererētur /
Ita ut omnino tollatur / presentibus pro expressis habē
tes. ¶ Nulli ergo omnino hominum / liceat hanc pagi
nam nostre damnationis / reprobationis / reiectionis / de
creti / declarationis / inhibitionis / uoluntatis / mandati /
hortationis / obsecrationis / requisitionis / monitionis / as
signationis / concessionis / condemnationis / subiectio
nis / excōmunicationis / & anathematizationis infringe
re / uel ei ausu temerario contraire. Si quis autem hoc at
temptare presumpserit / indignationem omnipotentis
Dei / ac beatorum Petri / & Pauli Apostolorum eius se
nouerit incursum. Datum Romæ apud sanctum
Petrum / Anno Incarnationis Dominice / Millesimo /
Quingentesimo / Vigesimo . XVII . Kls Iulii.
Pontificatus Nostri Anno Octauo.

Visa.R.Milanesius.

Albergatus.

Impressum Romæ per Iacobum Mazochium
De Mandato . S . D . N . Papæ .



philippus quintus archidux
Pander: optio noto